

B

- 1. Κατ' ἄρσιν vitiorum quorundam. Negat enim in ipso reperisse quod multi quæsierant: veluti
  - 1. Inconstantiam Confessionis de Christo, (Joh. 1. 19. 20.) quam metaphoricè per interrogationem DOMINUS à Baptista removet, v. 7.
  - 2. Mollitiem aulicam, v. 8. Carcer testis est, vult dicere, &c.
- 2. Κατὰ ἴσιν de dignitate & excellentia Officij ejus plus quàm Prophetici. Commendationis partes duæ sunt:
  - 1. Propositio, προσαποδοσει constans, v. 9.
  - 2. Ratio ἰγγραφῶν. v. 10.

### IV. Adventus, Johann. 1, — 19. 28.

Tres sunt Evangelij hujus ( ut omnis aliàs justæ, secundum Philosophum, & integræ Orationis ) Partes. Apostolus nãque & Evangelista, Johannes;

- 1. Exordij loco Summam ejus breviter exponit. Testimonium sc. esse, quod rogatus sibi metipso Johannes B. coram Legatis Judæorum, perhibuerit, v. 19.
  - 1. Κατ' ἄρσιν. Afferit enim Johannem triplici Sacerdotum Interrogationi, tergemina opposuisse Negationem: Se non esse, neque
    - 1. CHRISTUM, v. 20. quem oblatum sibi honorem (soli quippè JESU Naz. competentim) totis detrectasse viribus inibi figuratè, per Schema ἀναδιπλώσεως, ἢ παλιλογίας, scribitur.
    - 2. Eliam, v. 21. Quoad ejus Personam videlicet, licet Spiritu & virtute Elia venerit Luc. 1, 7. unde venturus etiam Elias dictus legitur Matth. 11, 9. 14.
    - 3. Prophetam, ibid. Talem nempe, qualem ipsi Eum fortè esse opinati sunt: aliàs verè Prophetam, Luc. 1, 76. Matth. 21. 26. Imò plus quàm Prophetam fuit, Matth. 11, 9.
  - 1. Occasionem, Iohanni Instantiã Legatorum αἰπολογικῆν præbitam, v. 22.
    - 1. Ἀπόφασις Phariseorum, quã ex ejus trina τῆ μὴ remotione, negant ( siquidem interrogatio hoc loco vim negationis habet ) licitum ipsi esse baptizare. v. 25.
    - 2. Κατάφασις Iohannis. Respondet enim Adversarijs per Inficiationem, propter Ministerium suum, ab ipso sibi injunctum Christo, Domino, v. 26. cujus
      - 1. Ignorantiam affectatam Judæis objicit, v. 26.
      - 2. Præstãtiam extollit, per
        - 1. Descriptionem ejus, secundum prius & posterius, v. 27.
        - 2. Comparationem minoris cū majore, ibid.
  - 2. Κατὰ ἴσιν. Ponit autem
    - 2. Confessionem ipsam τῆ π, auctoritate Esaiæ munitam, v. 23. Incidit hic in statu juridicali, Expostulatio de Baptismo Iohannis, & commemoratur;
- 3. Concludit, facta Loci, in rei gesta confirmationem, mentione, v. 28.

In Feste